DE FEBRIBUS TERMITTENTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

RATIOSI MEDICORUM ORDINIS

NIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA

PRO SUMMIS

N MEDICINA, ET CHIRURGIA

NEC NON

ARTE OBSTETRICIA

HONORIBUS

. MENSIS ANNI MDCCCXLII

1842

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

CAROLUS JOANNES SEBAUER.

PARTES ADVERSARIORUM SUSCEPERUNT:

F. MUELLER, MED DR.
E. MITTAG, MED. CAND.
C. PREIS, MED. CAND.

GRYPHIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

Definitio.

is intermittens vulgo is morbus febrilis ur, qui intra nonnullas horas omnia fe- ſtadia percurrit, tunc plerumque omnino cit, et certo atque definito tempore im- ſuos renovat, ita ut febris intermittens natur e paroxysmis, ubi aegrotus febris omatis crucietur et ex apyrexia, ubi ad um fere valetudinis [1]) ſtatum redeat. vero ampliore omnes morbi ſive febriles, febriles febribus intermittentibus adnu- tur, qui typo intermittente inſignes ſunt, bi intra certum et definitum tempus ſym- ta morbi aegrotum vexant, quo facto eva- t et certo atque definito temporis ſpatio rlapſo denuo redeunt. Morbum inter- tem, qui febri manifeſta affectus eſt, i nominare ſolent febrem intermittentem iam; morbum intermittentem, qui febri o caret, vocabant febrem intermittentem im. Febris intermittens occulta, ſeu ſubcontinua [2]), quae et ipſa febribus re- tibus adnumeratur, eſt ea febris, quae re emittens tanta remiſſione affecta eſt, ut intermittentem ſimulet.

---

f. Berndt, l. c. pag. 570.
f. Baumgärtner, l. c. pag. 83.

De hiſtoria et libris, in quibus agitur de bus intermittentibus.

Jam antiquiſſimis temporibus febris mittens medicis haud innotuit. *Hippocra* *Claudius Galenus*[3]) non ſolum febres interm tes curabant, ſed etiam theorias propoſu quae a Romanis et Arabibus recipiebant usque ad praeſens fere tempus dominab *Celſus* dividit febres intermittentes non sol quotidianas, tertianas et quartanas verum jam obſervavit, febres etiam occurrere, i bus intervallum inter paroxysmos etiam reperiatur [4]). Sententias, quas de cauſa xima antiqui medici et recentiores propoſu in exponenda canſa proxima explicabo. R tiore demum tempore epidemiae febrium termittentium obſervatae ſunt. *Meibomiu* dicus Helmſtadienſis jam anno 1678 de e miis febris intermittentis librum conſcrip Ita de febribus intermittentibus epidemici *ſcherus* disſerit [6]). *Werlhoff* [7]) deſcripſit demiam anno 1730 graſſantem, in qua affe nibus apoplecticis multi homines abſumeba Sed noviſſimis temporibus maximam op navarunt medici, ut epidemias febrium i mittentium cognoſcerent. Epidemice gr

---

3) Claud. Galenus ad Glaucum lib. I. c. VIII:
4) C. Celſum l. III. c. 3,
5) Meibomius, Disſertatio de febribus interm tibus epidemicis. Helmſtad. 1678.
6) Fiſcher, Diſſert. de febribus intermittentibus demice graſſantibus.
7) Werlhoff, Opera P. obſervationes de feb praecipue intermittentibus. Ed. alt. Hanov.

febris intermittens teſtibus *Stollio* [8]) et
ro inde ab anno 1770 usque ad annum 1780,
febris intermittens ſporadice tantum
abatur, ſed inde ab anno 1790 iterum
nice graſſabatur. Inde ab anno 1800 us-
d annum 1809 rara et nunquam epide-
ebris intermittens in Germania ſepten-
li obſervata eſt. Inde ab anno 1809 — 12
fere in Europa epidemiae febris intermit-
eperiebantur. Quo facto usque ad a. 1823
intermittentes fere deſiiſſe videbantur.
b hoc tempore epidemiae febris inter-
tis usque ad annum 1832 graſſabantur [9]).
, excepto anno 1835, quo rurſus epi-
dominabatur febris intermittens, usque
eſens tempus febris intermittens in con-
n venit.

ibrorum copia, in quibus agitur de febri
ittenti, maxima eſt et longum eſſe ju-
mnes enumerare. Ex iis praecipue hi
eſſe videbantur, de quibus facerem
nem:

Gottlieb Werlhoff, Opera P. obſervatio-
s de febribus praecipue intermittentibus. Ed. II.
nnov. 1743.

cisci Torti, Therapeutice ſpecialis ad febres
riodicas perniciofas. Francof. et Lipſ. 1756.

Sennac, De recondita febrium cum intermit-
ntium tum remittentium natura. Amſtelod. 1759.

ay, De febribus intermittentibus cognoſcendis
curandis. Argent. 1780.

. Stoll, Ratio med.

. Berndt, l. c. et Kliniſche Mittheilungen. Heft
I. pag. 117.

W. Trnka de Krzowitz, Hiſtoria febrium [in]mittentium. Vindeb. 1775.

J. Grainger, Pract. Bemerkungen über die [Hei]lung des kalten Fiebers.

M. Stoll, Aphorismi de cognoſcendis et cura[ndis fe]bribus. Vindeb. 1785.

C. Strack, Obſervationes medicinales de [febribus] intermittentibus et qua curatione iisdem [me]dum eſt. Offenbach. 1787.

van Hoven, Verſuch über das Wechſelfieb[er und] ſeine Heilung, beſonders durch die China. Winterthur 1789.

F. C. Medicus, Geſchichte der periodiſchen [Krank]heiten. Frankf. u. Leipzig 1795.

P. Frank, De febribus periodum habentibus [obser]vationes novae. Vindeb. 1797.

F. G. C. Sebaſtian, Ueber die Sumpfwechſe[lfieber] im Allgemeinen, und vorzüglich über dieje[nigen], welche in Holland epidemiſch herrſchen. [Karls]ruhe 1818.

F. J. Schneider, Ueber den ſporadiſchen T[yphus] und das Wechſelfieber. Tübingen 1826.

Baumgarten, Disſert. inaug. de febris interm[itten]tis affinitate cum morbis typhoſis nonnulla. [...] 1840.

Praeterea ex libris, qui generatim [de] febribus agunt, memoratu digni eſſe vide[n]tur hi:

Berndt, Die Fieberlehre nach dem jetzigen St[and]punkte der Erfahr. Leipzig 1830 bei Leop. [Voss].

Baumgärtner, Handb. der ſpeciellen Krankh[eits-] und Heilungslehre. Stuttg. und Leipzig 183[5].

J. L. Schönlein, Allgemeine u. ſpecielle Thera[pie], herausg. von einigen ſeiner Zuhörer. St. Ga[llen] im litterar. Comptoir.

Huc accedunt libri, quos *Peter Frank*, *Vogel*, *Richter* de pathologia ſpeciali, et *Reil* et *Selle* de febribus compoſuerunt; i ſunt profecto digniſſimi, qui legantur.

Deſcriptio febris intermittentis.

febribus intermittentibus deſcribendis ulis paroxysmis et de morbo univerſali, ipſis inſultibus componitur et ad pro- affectionem usque morboſam progredi- bis eſt disſerendum. Sed quum ex ori- iam febres intermittentes ſint variae at- lde diverſae, originem reſpicientes di- mus oportet febrem intermittentem idio- m et ſymptomaticam. Jam in definitione n intermittentium commemoraverimus los alios morbos typo intermittenti prae- d febres intermittentes adnumerari, qui differunt a febribus iutermittentibus et bis intermittentibus deſcribendis, ho- tio habenda eſt. Denique etiam febris ttens complicationibus, ſymptomatis de- is modificari poteſt. Differentiae, quae n febribus intermittentibus obviam fiunt, t:

ebris intermittens idiopathica.

manifeſta.

1) febris intermittens manifeſta mera ſimplex.

2) febris intermittens complicata ſeu modificata.

febris intermittens occulta.

1) febris ſubcontinua.

2) febris intermittens larvata.

Febris iutermittens ſymptomatica.

Descriptio febris intermittentis manifesta rae seu simplicis.

In decursu febris intermittentis ma merae quatuor stadia: stadium prodrom stadium frigoris, stadium caloris, stadiu seos a medicis distinguuntur [10]).

a) In stadio prodromorum queritur ae de coenaesthesi laesa, de defectu app de lassitudine artuum. Praeterea vice pestatis aegrotus aegre fert et lab intemperie systematis nervosi. Hoc dium prodromorum aut nonnullas aut plures dies durare potest [11]).

b) Stadium prodromorum transit in sta frigoris, a quo incipit vera morbi Primum crebrae oscitationes intrant inde horripilationes, a pedibus pr centes praeter columnam vertebraru caput usque adscendunt et in maj aut minorem gradum horroris muta In frigoris stadio cutis fit pallida et se fert conditionem tumulosam, qua catur cutis anserina, ungues et labia caerulea, ulcera et vulnera, si quae ad desinunt secernere ichorem et pus et arida. Praeterea aegroti siti vehem et artunm doloribus praecipue dolor trahentibus in regione columnae verte rum cruciantur, respiratio est brevis risque, pulsus observantur rari et i mittentes. Urinae secretio deminut

---

10) cf. Berndt, Fieberlehre l. c.
11) cf. Schedulas Berndtii.

tum ſecretum aquoſi et pallidi coloris
. Hoc ſtadium aut intra aliquot horae
inutas aut intra aliquot horas finitur.
bres quidem intermittentes obſervatae
nt, ubi frigus ſex, quin etiam decem ho-
s durabat, quas febras medici algidas
cabant, ſed haec mihi febribus modifi-
tis adnumerandae eſſe videbantur,
am ob rem eas hic omittam. Poſtquam
ulatim vehementia frigoris deminuta eſt
frigore et calore volatili viciſſim aegro-
s angitur, ſtadium frigoris transit in:
adium caloris. Pallor et faciei et totius
rporis nunc mutatur in ruborem, tur-
ſcentia et tonus vitalis auctior eſſe vi-
tur. Labia et lingua fiunt ſicca, et ſitis
rgit aegrotum vexare; item angor et in-
iietudo. Sed reſpiratio fit altior et tar-
or et pulſus obſervantur magni, frequen-
s. Creſcit anxietas et inquietudo aegroti;
uli lucem, aures ſonum aegre ferunt.
ain etiam deliria, praecipne in infantibus
mulieribus tenerrimae conſtitutionis ob-
rvata ſunt. Lotium parce ſecernitur, et
emittitur rubro eſt colore. Hocce ſta-
um intra nonnullas horas finiri ſolet,
d ſaepius etiam diutius aegrotum vexat.
nſim ſenſimque cutis fit humida, et mor-
is transit in:
tadium criſeos. Sudore plerumque lar-
ſſimo totum corpus aegroti obtegitur et
ulatim angor, inquietudo, capitis dolores
anescunt. Sudor ſaepe odorem acidum
conditionem tenacem prae ſe fert, in
rina excreta ſedimentum lateritium ob-

servatur. Postquam paulatim sudor e[illegible] etiam omnia symptomata morbi d[illegible] solent et aegrotus in statum afebril[illegible] apyrexiam redit. Febris manifesta[illegible] intermittens affecta est aut characte[illegible] ochae mitioris, aut synochi; saepe[illegible] character febris intermittentis inte[illegible] ocham et synochum in medio positu[illegible]

De febri intermittente manifesta modif[illegible] atque complicata.

Hic, si ita dicere licet, normalis de[illegible] atque mitior insultus febris intermitt[illegible] quem jam descripsi, mutato charactere f[illegible] morborum complicationibus et sympto[illegible] degeneratis immutari potest.

Si febris intermittens charactere suo [illegible] tato modificationes init, a medicis experi[illegible] simis hae varietates observatae sunt [12]):

1) Febris intermittens characterem syno[illegible] gravioris prae se fert. Frigoris stadiu[illegible] breve sed frigus ipsum apprime vehem[illegible] stadium caloris aestu ardente excel[illegible] diu durat. Congestiones sanguinis c[illegible] versus, deliria, dolores capitis veheme[illegible] simi sunt, dolores pungentes pulmon[illegible] sitis vehemens, pulsus frequentes, p[illegible] duri et crusta phlogistica, si vena secta[illegible] sunt symptomata ex quibus medici [illegible] bum cognoscant. Haec febris facile tra[illegible] in febrem continuam.

2) Rarius febris intermittens characterem[illegible]

---

12) cf. Berndt, Fieberlehre, pag. 583. etc.

is nervofae induit. Inter paroxysmum
um morbus imaginem febris nervofae
ae fe fert. Frigus vehementiffimum, quod
degenerationes perniciofiffimas propen-
n efi, diu durat, et animi deliquia affert.
ftadio caloris aegrotus in deliria incidit
t in soporem, pulfus funt minimi, fre-
entiffimi, molles, cutis eft arida et ma-
s impofita fentit calorem mordacem.
groti facies admodum collapfa. In ftadio
feos fudor aut exiguus obfervatur, aut
que ad colliquationem augetur. Lotii
limentum aut eft exiguum aut omnino
ficit. In apyrexia haud raro febris lenta
grotum, qui preeterea inter apyrexiam
ale fefe habet, pergit vexare. Hoc fe-
ium genus aut a vehementi influxu cau-
e occafionalis (miasmatis paludofi) ori-
r, aut ftationaria nervofa dominante con-
tutione febris intermittens cum febri
rvofa conjuncta effe poteft.
tiam characterem putridum febris inter-
ittens prae fe ferre poteft· Diagnofis
jus fpeciei nititur ftatu fcorbutico et
trido, plerumque haec febrium inter-
ittentium fpecies cum febre continua
njuncta eft, decurfus et fymptomota valde
ebri intermittenti discrepant. In regio-
bus calidis et paludofis haec febris fae-
us obfervatur, et a medicis fub nomine
emitritaei defcripta eft. Generatim fe-
is paludofa propenfa eft ad hunc cha-
cterem putridum induendum.
Sed febris intermittentis imago etiam
r morbis, qui cum ea conjuncti repe-

riuntur. Morbi, qui cum febri intern combinationem ineunt ejusque imagine tant, ſunt morbus gaſtricus [13]), morbi r tici et catarrhales, febres continuae et mationes [14]), quae plerumque in hepate rarius in pulmonibus ſedem ſuam obtin

1) *Quamquam* omnes fere febres in tentes, quippe quum cauſae occaſion tam nervorum gangliorum deprim febris intermittentis cauſa proxima fectione morboſa ſyſtematis gangli nenda ſit cum ſymptomatis gaſtrici juncta invenitur, tamen morbus ga ita praevalere poteſt, ut modificati febris intermittentis gignat. Haecc ſtrica combinatio cognoſcitur ex n vomituritionibus, capitis doctoribu dolore in regione praecordiali et ple que emetico porrecto tolli poteſt. F intermittentes, quae praevalente ſtat ſtrico modificantur, his mutationibu cellere ſolent [15]). Stadium frigoris vius, frigus ipſum levius, ſed calor mus et diu durans obſervatur. In ſt criſeos paroxysmus non ſolum ſudor urinae ſecretione, ſed etiam vomitu et excretionibus finitur. Hae febres in mittentes valde propenſae ſunt ad ca affectiones, quam ob rem excellunt d riis, affectionibus ſoporoſis et apoplect Saepe in febrem continuam transeunt

---

13) cf. Berndt, l. c. pag. 580—581.
14) cf. Schönlein, l. c. pag. 5.
15) cf. Berndt, l. c. pag. 581.

medio positae sunt inter febrem conti-
am et remittentem [16].
orbis rheumaticis et catarrhalibus febris
ermittens [17]) saepe conjuncta reperitur.
ie affectiones originem suam debent aut
nstitutioni stationariae rheumaticae vel
arrhali, aut ex eadem causa, qua febris
ermittens, refrigerio exoriuntur. Etiam
er apyrexiam aegrotum premere per-
nt et vix mutant imaginem febris in-
mittentis.

tiam cum inflammatione [18]) combina-
nem febris intermittens init, quod qui-
sdam temporibus tam crebro fit, ut non-
lli medici causam proximam in inflam-
ntione lienis aut plexus solaris posuerint.
hoc casu etiam febris intermittens cha-
cterem synochae gravioris prae se fert
excellit symptomatis vehementissimis.
igo harum inflammationum, quae prae-
pue in liene, rarius in hepate et pulmo-
bus observantur ponenda est in eadem
usa occasionali, ex qua febris intermit-
ns exoritur, nempe refrigerio, et in dis-
sitione individuali aegrotorum, qui in-
mmatione correpti sunt. Etiam hae in-
mmationes inter apyrexiam aegrotum
uciant, sed symptomata sunt mitiora.
ales inflammationes praecipue in febribus
termittentibus vernalibus et paludosis
servari solent.

. Baumgärtner, l. c. pag. 83.
hönleiu, l. c. pag. 6.
. Schönlein, l. c. pag 6.

4) Denique febris intermittens haud rar… binata obſervatur cum febri contin… Haec combinatio ſaepe difficilis … cognoſcendum. Nam ſi ſymptomat… continuae praeminent, frigus deſi… et etiam ſigna critica tam ſunt exig… nihil valeant; calor igitur certo at… finito tempore valde adauctus, eſt … ſimum ſymptoma, quo nititur dia… Saepenumero vero praeminent ſympt… febris intermittentis. Hoc in caſu dia… eſt facilior, ſed imago totius morbi … ſubcontinuae fit ſimillima. Febrem … mittentem cum febri nervoſa conjun… eſſe poſſe in hoc opusculo, ubi de … ractere nervoſa febrium intermitten… locutus ſum [20]), jam exhibui.

Poſtremo febris intermittens modif… poteſt ſymptomatis degeneratis, quae … ſunt propria aut forte acceſſerunt:

1) Inter paroxysmum plerumque in frig… ſtadio vomitus et diarrhoea obſervantu… medici hasce febres vocarunt febres in… mittentes cholericas [21]). Cujus caſus ca… ponenda eſt in affectione ventriculi et … teſtinorum ſpasmodica, aut exoritur e… burra.

2) Saepe inter paroxysmum cardialgia aeg… tum cruciat, quae, finito paroxysmo, cu… eo ſimul evaneſcit. Hocce ſymptoma… formatur febris cardialgica medicorum.

---

19) cf. Berndt, l. c. pag. 583.
20) cf. Baumgärtner, l. c. pag. 87.
21) cf. Berndt, l. c. pag. 584.

odem modo ad febrem intermittentem
edunt doloris colici, quorum ratio ea-
m, febris intermittens nominata eſt a
dicis colica haec febris, quae eodem
odo ut febris cardialgica periculoſa ju-
atur.
inter paroxysmos aegrotus in ſoporem
idit, haec febris vocatur febris inter-
ttens ſoporoſa. Hic ſtatus ſoporoſus
ipit a ſtadio frigoris et perdurat usque
apyrexiam. *Werlhoffius*[22]) epidemiam
jus febris intermittentis ſoporoſae de-
ipſit. Sporadice in infantibus et in ſeni-
s hae febras hodie reperiuntur. Non-
nquam primus paroxysmus aegrotum
at, ſaepius tertius aut quartus. Aegro-
s ita ſomno tenetur, ut expergefieri ne-
eat. Pulſus obſervantur frequentes,
egulares et intermittentes, facies tur-
ſcit et rubra eſt, nonnunquam vero pal-
a reperitur, reſpiratio difficilis, inter-
ttens eſt ſtertens. Etiam febris inter-
ttens tetanica, ubi morbus tetanum ſi-
ulat, obſervata eſt. In clinico medico
yphico hieme anni 1839 ipſe talem ca-
m vidi.
A medicis ſcriptoribus nonnulla alia
mata quibus febris intermittens modifi-
memoriae tradita ſunt. Sic refert *van*
[23]) inter paroxysmum febris intermit-
cceſſiſſe ſymptomata dyſenteriae. Idem
caſus, ubi inter febris intermittentis in-

) Werlhoff, l. c.
) van Hoven, l. c.

fultum, intraverunt dolores artuum, thritidi erant fimiles.

Quin immo amaurofis ad febrem in tentem acceffit, quae finito paroxysn nuit [24]).

B. *Febris intermittens fubcontinu*

Eae febres, quae inter febrem in tentem et continuam in medio pofitae fu finito paroxysmo non apyrexia, fed re tantum obfervari poffit, a medicis febre continuae vocatae funt. Harum febriu roxysmi plerumque mites reperiuntur, ft frigoris breve, frigus ipfum lene, calor cus in ftadio critico, fudor exiguus. Pl que typo quotidiano affectae funt, rariu tiano. Hae febres faepe funt difficiles a gnofcendum. Diagnofis nititur horripila bus, a quibus exacerbatio morbi incipit, f quo exacerbatio finitur et fedimento lat urinae. Praeterea ad typum, ad horam qua febres intrant in diagnofi ftatuenda m eft refpiciendum. *Baumgärtner* callide jecit [25]) faburra gaftrica irritationem conti vaforum gigni, in qua irritatione febris c ponenda fit, aut ftatu nervofo exorto poft roxysmum febris intermitientis alium feb intrare.

C. *Defcriptio febris intermittentis larvat*

I. Febres intermittentes larvatae ii m appellantur, qui typo intermittente affecti

---

24) cf. Baumgärtner, l. c. pag. 83.
25) cf. Baumgärtner, l. c. pag. 83.

quam febris ſymptomata deſunt, tamen
brium intermittentium ſudore et ſedi-
ateritio urinae finiri ſolent. Saepenu-
iagnoſis difficillima eſt, nititur cauſa
ali, decurſu morbi atque praecipue typo.
arum affectionum intermittentium eſt
ue quotidianus, rarius tertianus, nun-
ere quartanus [26]), ſaepius obſervatur
uplicatus.
diagnoſi ſtatuenda porro medicus ra-
habet conſtitutionis ſtationariae; nam
[27]) obſervavit conſtitutione ſtationaria
tente dominante hisce febribus inter-
bus ſaepius homines corripi. Scriptores
innumerabilem fere copiam morborum
tentinm larvatorum nobis prodiderunt.
effel [28]) hiſtoriam febris intermittentis
nemoriae prodidit. Hominis cujusdam
m hora ſeptima quotidie horrore, qui
durabat, corripiebatur. Hora octava
m rigebat, quo in ſtatu tres horas ma-
uo facto brachium valde calebat Sic
us [29]), *Bergius* [31]), *van Svieten* [32]) re-
crus, hypogaſtrium unum, partem dimi-
rporis morboſe eſſe affectam. *Berndt* [32])
de caſu, ubi mania typum intermit-
prae ſe ferens ex ſtatu bilioſo exorie-
Idem de angore priodico et de dolo-

Berndt, l. c. pag. 592.
Berndt, l. c. pag. 592.
h, Nat. cur. Dec. I. Ann. III, obſervat. 205.
. Haf. Vol. I, obſerv. 119.
. Svec. Vol. XVI.
nmentat. § 757.
Berndt, l. c. pag. 590—91.

ribus capitis mentionem fecit. Deliquia typum intermittentem tenentia *Riverius*, [32] et *Berndt* [33]) obſervarunt. Sic apoplex… lepſia, vomitus, cardialgia, lumbago, ophthalmia, metrorrhagia, odontalgia intermittente praedita a medicis obſ… ſunt [34]).

II. Febris intermittens ſympto… Febris intermittens ſymptomatica eſt ea intermittens, cujus paroxysmi e vitiis or… nervorum gangliorum abdominalium pr… cuntur. Plerumque hujus febris ſympt… typo erratico et multiplicato excellunt. … ditas [35]) abſceſſus in cerebro, oſteoſteat… uteri, ſtricturae urethrae a medicis cauſ… gnitae ſunt [36]).

De typo febrium intermittentium.

Paroxysmi febrium intermittentium atque definito tempore redeunt et secu… ſpatium temporis, quod inter duos parox… intercedit, febres denominatae ſunt.

1) Si paroxysmi quotidie intrant, aeg… laborat e febri intermittente quoti… quae ſolet fere meridianis horis aegr… corripere.

2) Si tertio quoque die redeunt parox… febres nominantur intermittentes terti… Haec eſt mitior ſpecies et circa meri… intrare ſolet.

33) cf. ibidem.
34) Medicus, l. c.
35) cf. Berndt, pag. 593.
36) cf. J. Franc, Praxeos med. T. I. pag. 30.

quarto quoque die febris intermittens
novat paroxysmos, febrem intermitten-
n quartanam medici hunc morbum ap-
llaverunt. Haec febris eſt valde perti-
x et fere horis poſtmeridianis inpetum
ım facit.
ptores medici quintanarum, ſeptimana-
n etc. febrium intermittentium mentio-
n faciunt, ſed hae raro obſervantur.
rndt [37]) obſervavit cardialgiam, quae
num ſeptimanum tenuit et febrifugis ſo-
n curari potuit.

Raro febres intermittentes duplices et
ae repertae ſunt et ſcriptores de hisce
is disputant:

. ſingulis diebus aegrotus duobus paro-
smis cruciatur haec ſpecies quotidiana
plex nominatur [38]).
ertiana duplex eſt ea febris intermit-
s, ubi quotidie paroxysmus intrat, ſed
mus et tertius, ſecundus et quartus dies,
er ſeſe reſpondent. Hoc argumento niſi
nulli ſcriptores negabant, exiſtere fe-
m intermittentem quotidianam.
rtiana duplicata eſt ea febris intermit-
s, ubi primo et tertio die aegrotum
paroxysmi vexant, dies ſecundus eſt
s apyrexiae.
edici diſtinguunt febrem intermittentem
licatam, ubi primo et tertio die aegroti

Berndt, l. c. pag. 596.
Berndt, l, c.
Riverius, Cent. IV, obſerv. 16.

duobus paroxysmis vexantur, ali quarto die uno paroxysmo corripiun

Quartanam duplicem medici eam quartanam nominaverunt, ubi primo et die, et altero et quinto die paroxysmi spondentes intrant. Quartana duplicata bris, ubi primo et quarto die aegrotus paroxysmis angitur.

Medici apprime studuerunt observati institutis hasce species reddere numer sed ego assentior *Baumgärtnero*, qui nonnullas species revera observatas, alia a viris doctis excogitatas esse [41]).

Sed praeter temporis spatium, quod singulos paroxysmos intercedit, etiam te quo singuli paroxysmi incipiunt, haud par menti est. Medici distinguunt hac ratio pum fixum, si paroxysmus eadem ipsa redit, et typum mobilem, ubi singuli xysmi maturius aut serius intrant. Si insultus maturius intrant, typus nominatur ponens, si serius, postponens. In progno bilienda haec res est maximi momenti [42]

Si febres non certo atque definito tem impetus renovant, sed quasi erranti typo a sunt, huncce typum nominavimus typum ticum. Causam proximam typi in influxu, q luna in vitam terrae et hominis exerceat, nulli viri docti posuerunt [43]). Sed post causa proxima exponenda audeo etiam conje ram verisimiliorem proponere.

---

40) cf. Schenk, Lib. V, observ. 12.
41) cf. Baumg. l. c.
42) cf. Berndt, l. c. pag. 598.
43) cf. Schönlein, l. c. pag. 83.

ıratio paroxysmorum ſingulorum valde in caſibus mitioribus totus paroxysmus ɔris, in gravioribus nonnunquam duo- nitur.

ſervatae ſunt febres intermittentes, ubi criſeos ſtatim in ſtadium frigoris ſe- paroxysmi transit, quae res praecipue bus quotidianis fit, quae febres ſubin- vocantur [44]).

Deſcriptio morbi univerſalis.

ɔrbus univerſalis ſingulis paroxysmis et ıibus morboſis, quae ex iis progreſſae ɔmponitur. Ex ſymptomatis, cauſis e, concludere licet febrem intermit- morbum recentem eſſe mere dynami- i intra paroxysmum tantum ſyſtema ve- is pathematis particeps facit. Sed ſi aegro- rpeſſum longius tempus inſultus febris tentis, accuratius perſcrutaverimus, no- tio ſyſtematis vegetativi obviam ibit. factoris vegetativi in alienata chymi- et ſanguificatione poſitus eſſe videtur; rotus laborat praecipue e cachexia ſe- uinis et e deminuta digeſtione. Haecce usque ad affectiones hydropicas pro- , haud raro enim aegroti laborantes intermittenti, primum oedemate pe- nc anaſarca, denique aſcita corripiun- vero pergit febris intermittens aegro- are, etiam vitia organica organorum

---

Baumgärtner, pag. 43.
Schönlein, l. c. pag. 5.

abdominalium praecipue eorum, ad qu ria coeliaca vaſa dimittit, haud raro a Triplicem igitur habemus gradum us quem morbus univerſalis progredi pot nempe:

> Febris intermittens eſt morbus m namicus aut morbus dynamicus con cum cachexia ſeroſa ſanguinis aut a dynamicus cum cachexia ſanguinis tiis organicis organorum abdomi compoſitus.

De exitu febrium intermittentium.

Morbus univerſalis, etiamſi ad te gradum progreſſus eſt in [47]) valetudinem fectam exire poteſt, ſed ad reditum pro eſt. Experientia ſatis conſtat febrem int tentem quotidianam ſeptimo die, ter quarto decimo et quartanam viceſimo ſolere fieri recidivam [48]). Sanatio arte, natura efficitur, quamvis *Sydenhamius* [49] ſus doctrina Hippocratica de criſi docuerit brem intermittentem quotidianam ſponte nationem exire poſt decimum aut quartum cimum paroxysmum et tertianum poſt quin aut ſeptimum aut nonum exactum paro mum, denique quartanam poſt quartum mum paroxysmum; raro tamen natura feb

---

46) cf. Berndt, l. c. pag. 602.
47) cf. Berndt, l. c. pag. 602.
48) cf. Schönlein l. c.
49) cf. Sydenham, Opp. med. T. I. Sect. I. ca pag. 52.

tentem ſanat et haec ſententia *Syden-*
perientia non probatur. Si febris in-
ns natura ſanatur nonnunquam pro-
ptomata critica cum ſanatione intrant.
°) memoriae prodidit, aegrotos, poſt-
uatuordecim per dies largiſſima copia
quoſaeque urinae excreta ſit, in priſti-
etudinis ſtatum rediiſſe. Eodem modo
dore febris intermittentis ſanatio in-
). *Schönlein* refert: hydrope ſubito
febrem intermittentem confeſtim eva-
). Alii medici obſervarunt, eczemate
xorto, febrem intermittentem deſiiſſe.
ris intermittens etiam in ſanationem
tam exire poteſt, hoc caſu febris eva-
ed alii morbi minoris momenti rema-
Saepe poſt ſuppreſſam febrem inter-
m perturbatio digeſtionis remanet,
pe tanta eſt, ut aegrotus ſemper e dy-
aboret [54]). Nec minus vitia organica
febri intermittente, nempe physco-
tis et lienis reperiuntur; rarius indu-
horum organorum obſervantur [55]).
etiam in alios morbos febris inter-
poteſt exire. Saepe ex febri intermit-
febris continua, praecipue in epide-
is [56]) et, ſi gaſtricismus praevalens,
onjunctus eſt. Etiam in inflammatio-

—

Berndt, l. c. pag. 603.
ı ibidem.
nlein, l. c. pag. 16.
inlein, l. c. pag. 13.
n ibidem.
n ibidem.
dt, l. c. pag. 606.

nem lienis et hepatis exire poteſt febris i mittens. Saepiſſime vero febris intern in hydropem exit et hic hydrops eſt cachexiae ſeroſae aut ortum ducit e vit ganicis organorum abdominalium. Sc docuit febrem intermittentem, irritati centra ſyſtematis nervoſae translata, in ma et epilepſiam exiiſſe [57]).

Denique morbus morte finiri poteſt. enim in ſtatu frigoris aegrotus ſubito perit dem e paralyſi ſyſtematis nervoſi. Si in caloris aegrotus morti ſuccumbit, pleru apoplexia, exſudationes ſeroſae in centri ſtematis nervoſi cauſae mortis ſunt accuſa Poſtremo vero in febribus intermitten etiam morbis ſecundariis mors adduci p ſaepiſſime homines hydrope et affectio lienis organicis moriuntur. Morbus unive aegrotum diu cruciare poteſt. *Reil* mem prodidit: hominem quendam e febri inte tente quadraginta octo laboraſſe [58]) anno

De morbi ſignis ſectione defunctorum inv

Cum apud nos raro homines febri mittente conficiantur, mutationes febri mittente exortae valde adhuc ſunt incog praeſertim cum ob theoriarum diverſitate dici cadavera ſecantes plerumque animu res attenderent, quae ſunt minoris mon Huc accedit, quod mutationes, quae mor ſyſtemate nervoſo gignuntur innotuerunt.

---

57) Schönlein, l. c. pag. 13.
58) Reil, B. II. pag. 149.

in hominibus e febri intermittente
physconia lienis aut hepatis, horum
um malacia reperiuntur. *Schönlein* [59])
ae prodidit in aegrota diu febri inter-
vexata, quae in epilepſiam converſa
entas eſſe in plexibus arteriam aortam
ibus pſeudoorganiſationes variae ma-
is, quarum partes conſtitutivae mate-
erculorum eſſent ſimillimae. Praeterea
ata aſcitae obſervata ſunt, nec minus
iones atque rupturae lienis reper-

Aetiologia.

ris intermittens iis morbis adnumeranda
bus genus humanum ſolum corripitur.
orbi eſt zona temperata, alto in ſepten-
) febris intermittens non obviam fit,
nibus calidis ſaepe cum ſtatu putrido
a invenitur.
ris intermittens ſporadice, endemice
mice graſſatur, et ſemper cum conſti-
gaſtrica arctiſſime conjuncta invenitur.
ae vero ex dispoſitione univerſali de-
debent et experientia docti ſumus, eam
ria conditione aëris eſſe ponendam.
oſitione univerſali intemperies et debi-
tematis gangliorum gigni videtur, ex
cauſae occaſionales in organismum no-
influxum exercuerunt, febris intermit-
exoriatur. Tempeſtate, temporibus

önlein, l. c. pag. 4.
Schönlein, l. c. pag. 11.

anni, conditione terrae et regionum hae
pofitio univerfalis augeri poteft.

Schönlein conjecit miasma febrem
mittentem gignens exoriri, quod aëri m
fluidae alienae praecipue organicae admi
tur. Hanc ob caufam febrem intermitt
faepe obviam fieri in regionibus palud
vulcanicis, in regionibus, ubi ftagna o
fiunt.

Difpofitionem individualem ad febre
termittentem in iis praecipue hominibus
nimus, qui jam antea febri intermittent
repti erant, porro in iis, quorum organ
dominalia valde funt debilitata, denique i
venibus, gravidis et puerperis.

Caufarum occafionalium, quae febri i
mittenti exoriundae anfam praebent, e
maxima copia. Primum locum miasma
dofum feu malaria obtinet, quae praecipu
gangliorum aliena effe videtur. Sed etian
frigerium, faburra gaftrica, affectus an
quippe cum et ipfi gangliorum activitatem
primant, caufae occafionales a medicis a
fantur [61]). Nimis adauctae fecretiones et
cretiones caufae occafionales a medicis ha
tur. Eodem modo fuppreffis folitis excr
nibus febris intermittens gigni poteft. Sic
dici narrant e fuppreffis haemorrhoidibus, r
ftruatione, e mature fanatis ulceribus et
fuppreffis impetiginibus et fudoribus febrem
termittentem exortam effe [62]).

Nonnulli medici contagio ex morbo

---

61) cf. Berndt, l. c. pag. 615.
62) cf. Berndt, l. c. pag. 615.

ntenderunt febrem intermittentem posse
ri, quod alii abnuerunt. Sed verisimile
ebribus intermittentibus charactere ner-
l putrido praeditis contagium exoriri
quo morbus propagetur. Casum admi-
, ubi febris intermittens a matre in em-
n translata erat, Experientissimus Dr.
junior observandi occasionem mihi ob-
Mulier, incola pagi Hildensis, sub fi-
raviditatis febri intermittente corripie-
Inter paroxysmum in stadio frigoris
ie peperit infantulam, quae caeruleum
ferebat colorem et subfrigida sentieba-
um mater ad stadium caloris perveniret,
nfans calidior facta est. Aliquamdiu ma-
infans febris intermittentis paroxysmis
horae minuta intrantibus cruciebantur.
causa proxima febris intermittentis sen-
medicorum valde inter se discrepabant.
ates in vitio sanguinis causam proximam
ntermittentis posuit et docuit paroxys-
oriri, ut ista materia ad removendam
ret et postea hisce ipsa removeretur.
Galenus non in vitio sanguinis ipsius
proximam febris intermittentis posuit,
iquoribus cardinalibus, quibus sanguis
itur. Febrem intermittentem quotidia-
vitiosa conditione pituitae, quartanam
nigra, et tertianam ex bili flava dedu-
Romani et Arabes graecis litteris edocti
alteram sententiam fovebant.

in immo recentiore tempore nonnulli
hasce sententias sectabantur. *Willis*
ausam proximam febris intermittentis
n fermentatione sanguinis, qua chylus

aut depraveretur, aut excerneretur. Etiam *denham* [63]) caufam proximam febris int tentis in fanguinis fermentatione pofuit, ex materiis peccantibus fanguini admixtis duceret; naturam paroxysmis niti, ut ha teria removeretur. Similem fententiam pr *Vogel* [64]).

Sed alii medici docuerunt febrem mittentem proficifci ab affectione nervofa. *dericus Hoffmann* [65]) caufam proximam fpasmo totius fyftematis nervofi et fibrofi p *Sprengel* caufam proximam in praepedito principii nervofi atque in ejusdem exftinc pofuit.

Noviffimo tempore nonnulli medic brem intermittentem ab inflammatione xerunt. Franco-Gallici medici febris inte tentis paroxysmos ab inflammatione tu mucofae tractus alimentarii proficisci do runt. Alii fedem inflammationis effe in p coeliaco dictitabant, *Marcus* caufam proxi in inflammatione lienis pofuit. Denique *terberger* et alii viri docti in inflammat durae matris et medullae oblongatae cau proximam collocaverunt. *Schönlein* docui ritationem vaforum in morbis intermitten effe fortuitam, quam ob rem denominatio febrium intermittentium in morbum inter tentem vel in intermittens commutari Intermittens federe in nervis periphericis, ob caufam diftinguit intermittens cer

---

63) cf. Sydenham, Opp. med. T. I. c. 5. pag. 4
64) Vogel, Handb. Bd. I. Cap. 2. § 21.
65) cf. Hoffmann, Disfert. de vera motuum febri indole atque fede.

et intermittens gangliorum, quorum
ritatione vaſorum caret, alterum ple-
febri conjunctum eſt, quippe cum gan-
tiſſimum connexum habeant cum vaſis.
proximam idem ponit in perturbata
e quantitativa et qualitativa nervorum
icorum. Sed ex omnibus conjecturis,
cauſa proxima febris intermittentis a
ctis ſunt traditae, maxime mihi arridet
Berndtii. Docuit is ſicut etiam *Baum-*
principium nervorum in ſtatu ſano a
pariter proficiſcens ad neros peripheri-
ectionibus morboſis in gangliis poſſe
accumulari. Simulatque accumulatio
tentio usque ad ſummum gradum pro-
principium nervorum vi ad centra pro-
r oportet, quo facto diverſa ſympto-
oriri poſſunt. Nam ſi ſedes morbi in
eſt, ſpasmus nervorum exorietur, quem
modo principio nervorum diviſo aucta
vaſorum ſequetur. Ex hac theoria
diverſos typos interpretari poſſumus.
m principium nervorum ſenſim ſenſim-
gangliis accumuletur, in quotidiana ef-
incipii nervorum ad centra quotidie in
tertio in quartana quarto quoque die
. Sed obliviſcendum non eſt, ut jam
avimus morbum tantum recentem eſſe
namicum; poſtea vero factor vegetati-
bi particeps fit et poſtremo accedunt
utationes organicae.

P r o g n o ſ i s.

ris intermittens diu aegrotum absque
vexare poteſt. Quin immo caſus ob-

ſervati ſunt, ubi febres intermittentes ſalu
in organismum exhibuerunt influxum e
ſanatio aegroto damno erat, hasce febr
termittentes medici nominaverunt febres
mittentes depuratorias. In eos tantum n
febris intermittens ſalutarem influxum ex
poteſt, qui aut exaequatione dynamica, au
tato proceſſu vegetativo e medio tolli p
Unde factum, ut raro homines ex alg
mania, ex epilepſia laborantes febri inte
tente exorta, haud exiguum fructum cep
Eodem modo homines e physconiis inte
rum laborantes febri intermittente intrans
nati ſunt. *Schönlein* contendit non ſolum
mines phthiſi pulmonali tuberculoſa labor
febri intermittente accidente meliorem va
dinis ſtatum nactos eſſe, ſed etiam addid
iis regionibus, ubi crebro intermittentes f
graſſantur, raro homines phthiſi tuberc
corripi.

Prognoſis ſpecialis pendet:

1) A charactere febris; bonam prognoſi
tuas, ſi febris characterem ſynochae m
ris aut levioris ſynochi prae ſe fert.
bres affectae charactere nervoſo aut
trido ſemper ſunt pernicioſae judican
2) A gradu usque ad quem morbus uni
ſalis progreſſus eſt. Prognoſis eſt bon
morbo mere dynamico, pejor, ſi adeſt
chexia ſeroſa, peſſima, ſi vitia adſunt
ganica. Hae ſpecies facillime redeun
3) A ſimplicitate et complicatione morbi,
plex melior, morbus complicatus pej
4) A periculoſis et degeneratis ſymptom
Febres ſoporoſae ſemper ſunt periculo

typo. Typus tertianus magis benignus e ſolet, typus quartanus eſt pertinax et morbum recidivum propenſus. Febres o fixo affectae pertinaces ſunt, typus bilis eſt fauſtior.

Typus anteponens, ſi paroxysmus typo ente diutius durat, ſignificat febrem am eſſe in continuam transire, ſed ſi pa- i duratio eadem manet aut fit magis typus anticeps fauſtus eſt habendus [66]. pus poſtponens, ſi duratio paroxysmi fit, infauſtus eſt et propenſus eſt in am transire, ſi fit paroxysmus brevior, exitum praeſagit [67]. decurſu ſingulorum paroxysmorum. Si caloris diu durat, febris intermittens nuam transire propenſa eſt. Si in ſtadio criſis perfecta eſt morbus habendus eſt et contra.

gnoſis pendet porro e conſtitutione in- i aegrotorum.

antes facile in convulſiones incidunt aut phalo ſecundario laborant [68]. Senes poplecticis affectionibus corripiuntur. intermittens ſemper periculoſus eſt Febris eſt valde pertinax et facile pro- ortum et partum praematurum. Homi- itu apoplectico praediti, ſi febri inter- nte corripiuntur ſemper verſantur ma- periculo.

nique prognoſis pendet:

—

Schönlein, l. c. pag, 17.
Idem ibidem.
Berndt, l. c pag. 623.

A caufis occafionalibus. Morbus idiop intermittens facilior, febris intermitten ptomatica femper infaufta eft habenda. a conditionibus aegroti. Si aegrotus pra medici poteft obedire, melior prognofis bilienda.

C u r a t i o.

Curatio febrium intermittentium in praefervativam, in curam paroxysmorum curationem morbi univerfalis diftribuitur

I. *Curatio praefervativa.*

Medicus ab hominibus morbum prop poteft removendis caufis occafionalibus et nuenda receptivitate pro influxu caufarum cafionalium. Caufae occafionales remov fi medicus hominibus ipfi credentibus fu ut aptis utantur veftibus et caveant miasm ludofum et cibis falubribus vescantur [69]. pofitionem ad febres intermittentes me deminuat modica irritatione organorum minalium. Commendet igitur medicus modicum boni veterisque vini, vini aduft extractis amaris mixti [70].

II. *Curatio paroxysmi.*

In paroxysmo curando medico opera eft, ut impetus morbi quam mitiffimus breve tantum tempus duret; porro ut pa mus perfecte dijudicetur, denique ne fy mata degenerata vitae periculum miniten

69) cf. Berndt, l. c. pag. 626.
70) Idem ibidem.

aroxysmum leniorem et breviorem redre studemus, si aegrotum vetamus ante ultum magnam ciborum copia aut spiuosos potus sumere. In stadio frigoris grotus lectum petat, si frigus fortius exat, aegroti corpus terendo calefacere demus aut porrigimus tepidos potus ex ıa et floribus chamom., rad. Valer. para[71]. In stadio caloris capite elato leer obtectus aegrotus in lecto manet. rfectam paroxysmi dijudicationem effiıus, si aegrotus bene involutus lectum inet et in eo perseverat, dum apyrexia raverit. Sudore parco etiam hoc in sta- laudantur tepidi potus.
edico etiam symptomata periculosa aut rotum valde vexantia e medio tolda sunt.

nitus et diarrhoea. Si ex saburra provomitus et diarrhoea, nisi sunt excreimiae, potu calido porrecto, eos subıs. Sin hae excretiones nimiae sunt, Kali carb., Acet., pulv. aëroph. etc. irm minuere studemus[72]. Sed si ex ec symptomata prodierunt Emplastr. ventriculi regione applicatum, Linilat., interne Moschus et Op. cum frubeantur. Si cardialgia et colica ad fetermittentem ex iisdem causis exortae , harum curatio sit eadem. Contra anraecordialem e saburra biliosa exortum

---

Berndt, l. c. pag. 630.
Berndt, l. c. pag. 630.

in auxilium vocamus Sat. Kal. carb., Pu
roph. et clysmat. aperientia.

Si animi deliquia intrant caufas huj
ptomatis perveftigemus neceffe eft. Si
fectione nervorum exorta funt, porrige
media analeptica, fi ex faburrae influxu,
mat. antifpasm. et Pulv. aëroph. utilia e

In febribus intermittentibus foporo
grotus capite elato jaceat, hirudines et e
mata frigida in auxilium vocentur, in h
bus plethoricis tantum vena fecetur.
remotis paroxysmi Chinin. fulph. porrect
leriter extinguendi funt.

Curatio morbi universalis.

In morbo univerfali curando primum
funt removendae, deinde complicationes e
binationes e medio tollendae funt, tunc
proxima atque typus deleri poffunt, de
morbi fequelis medendum eft, ita ut aeg
priftinum valetudinis ftatum nancifcatur,
inclinatio recidivitatis deleatur. Medic
cuerunt remotis caufis et complicationibus
bum ipfum effe aggrediendum. Gene
haec regula vera, fed fi febris intermi
fymptomatis periculofis conjuncta eft,
xysmi remediis febrifugis fupprimendi fu
poftea combinationes funt aggrediendae. E
modo primum paroxysmi funt delendi, fi
febri intermittente febris continua comp
eft. Caufae, quae febrem intermittentem
taverunt aut modificant aut fuftentant ge
tim, ut jam demonftravi, funt petendae.
bum faburralem, biliofum et pituitofum

moveamus. Regimen et diaeta apta ae-ommendetur, praecipue vetemus aegro-rigerium perpeti. Deinde caufa proxima aggredienda eft et morbum in triplici rogreffionis excultum invenimus. Febris itermittens eft morbus mere dynamicus juncta eft cum cachexia ferofa fanguinis, ique obfervatur morbus dynamicus cum a et cum vitiis organicis conjunctus.

Curatio febris intermittentis merae.

omnes neurofes, remotis complicationi-aufis, remediis, quae exaequationem dy-n atque alterationem efficiunt, fanari fic etiam febres intermittentes mere dy-ftatim fanari poffunt. China et Alca-e Chin. praeparata funt graviffima re-quibus hoc perficimus, quamquam prae-ultis aliis medicamentis typi atque pa-deleri poffunt. Si febris intermittens e dynamica ftatim emetico porrecto, inae aut Chinin. fulph. paroxysmum poffumus. Emetica funt utiliffima, quibus non folum faburra, fi quae ad-oveatur, verum etiam alternatio fyfte-angliorum gignatur. Poft emetica in intermittentibus vernalibus Amm. mu-n Extr. amar. maximo cum fructu adhi-ed in gravioribus caribus Pulv. Chin. aut fulph. vel muriat. in ufum vocemus. jusdemque praeparata aut in apyrexia, c majori in dofi remedium adhibeas eft, aut ante paroxysmum aut in paro-

xysmo ipſo. In clinico medico-gryph omnes aegroti vix intermittenti febri m mera laborantes emetico porrecto ſumu paroxysmum Pulv. Chinae ʒj aut gr. Chinin. ſulph. et omnes ſine ullo detr ſanantis. Exſtinctis paroxysmis aegrotu cibis ultatur et refrigerium evitet nece Cum fructu ſeptimo, quarto decimo et v octavo die poſt paroxysmum deletum doſi aut Chinin. ſulph. ante horam paroxys cipientis porrigetur, quo inclinatio ad re deleatur. Praeter Chinam multis aliis re poteſtas febrifuga, quamvis minori in ineſt. Ad remedia febrifuga adnumeranda

1) Remedia amara aromatic., Flor. C Abſinth., Cortex Cascarill., Rad. C aromat.
2) Remedia amara et adſtringentia a Rad. Gentian., Rad. Salicis.
3) Remedia acria vegetabilia: Piper (rin.) Ipecac., Sem. Sinap., Alumen e
4) Remedia narcotica: Op., Bellad., Aq. ro-ceraſ.
5) Gelatina.
6) Excitantia volatilia: Camphor, V Phosph., Moſch., Angelica etc.
7) Remedia laxantia et emetica.
8) Etiam curatione pſychica febris inte tens ſanatur, ſed nunquam in infanti
9) Denique remedia metallica, quorum put eſt Arſenicum alb., ſed etiam hydrocyan. ſaepe cum fructu adhibet

---

73) cf. Berndt, Klin. Mittheil. Thl. I. Heft 1.

eter Arſen., quod eſt periculoſum, ſed febrifugum, aliis remediis medicus pa-dere poteſt. Alcaloido e pipere parato, , Ferr. hydrocyan. maxima vis febri-ſt. Sed ex remediis enumeratis reme-a medicamenta adjuvantia in febri re-jure habentur.

tione febris intermittentis manifeſtae modificatae.

n charactere mutato febris intermitten-ficatio ponenda eſt, harum rerum me-ionem habeat.

ris intermittens charactere inflamma-o affecta eſt, quum inflammationes ac-nt. Methodo antiphlogiſtica effrena-characterem febris coercemus. Ad-ntur detractiones ſanguinis locales, n. muriat., Tart. ſtib., in refracta doſi. haracter inflammatorius hac curatione nctus eſt, in uſum vocamus Chinam aut inum [74].

ebris intermittens characterem nervo-prae ſe fert, Chinin. ſulph. majori in et conjunctum cum remediis excitan-s volatilibus, Moſch., Camph., Valer., uxilium arceſſatur.

ebris intermittens charactere putrido dita eſt liberato ſyſtemate gaſtrico a rra, China et Acid. mineral., Vinum fructu adhibentur.

---

erndt, l. c. pag. 650.
erndt, l. c. pag. 651.

Febris intermittens modificari p
ut ſupra demonſtravimus, morbis comp
1) Si morbus gaſtricus acceſſit ad febr
termittentem ſecundum turgeſcentia
emeticis aut remediis laxantibus e
movere ſtudemus.
2) Si febris intermittens cum febri co
conjunta reperitur, cauſis remotis in
remiſſionis Chinin. in uſum vocetur.

Reſtat ut in curatione febrium inte
tentium exponamus, quibus remediis c
cachexiam et contra vitia organica orga
abdominalium agamus. Si cachexia me
physconia adeſt, cauſis remotis Chinam e
nin. praeſcribimus. Sed poſt paroxysmo
ſtinctos remediis amaris et ferreis chylifi
nem et ſanguificationem emendabimus.

Extr. reſolv. amar. et Amar. pura co
cta cum Amm. muriat. adhibeantur. Si
tatio in praecordiis praevalebat eligas re
frigida reſolventia. Sed ſi ſtatus charact
torporis prae ſe fert, Aloen, Gummi a
niac., As. foetid. ſumas. Poſtea ſi iſte
aegroti emendatus aut exſtinctus eſt,
adhibeatur [76]).

B. *Curatio febris intermittentis ſubconti*

Ut jam ſupra demonſtravi in febri
continua ſaburra gaſtrica continua irritat
gnitur. Hae gaſtricae complicationes
emeticis, Amm. muriat., Tart. ſtib. remo
tur, priusquam China aut Chinin. in uſu

---

76) cf. Berndt, l. c. pag. 655.

Plerumque curatione antigaſtrica inſti-tus morbus ſine China ſanatur.

uratio febris intermittentis larvatae.

res intermittentes larvatae diverſiſſi-jam diximus, ſimulare poſſunt morbos. Chinino plerumque exſtinguitur typus tens, ſaepe Ferr. carb. cum fructu ad-[17]. Sed ſi malignae ſunt, ſummopere m eſt medico, ut paroxysmus deletur, rficimus cauſis remotis Chinino majori adhibito ſimul conjuncto cum Opio.

tio febris intermittentis ſymptomaticae.

n cauſa proxima plerumque in muta-organicis, quae removeri nequeunt, t, curationem tantum palliativam poſ-nſtituere, ut receptivitatem ſyſtematis ninuamus, Opium porrigimus et jube-rotum aptis veſtimentis uti et res no-praecipua refrigerium cavere.

—

Schönlein, l. c.

VITA.

Natus ſum Carolus Joannes Sebauer, pat
timo Auguſto Ferdinando, ſacrorum evan
rum antiſtite, et matre Joanna e gente Knosp
Svinerti, pago Posnanienſi, a. d. IV. Cal. Nov
MDCCCXIV. Usque ad annum aetatis quartum
mum pater ipſe literarum elementa mihi tr
Quatiuordecim annos natus Berolinum miſſus a
tore doctiſſimo Prof. Meinicke in numerum di
lorum gymnaſii regii Joachimici receptus ſum.
annis exactis hoc gymnaſium reliqui et me Regi
tum Neomarchicum contuli. Poſtquam hic tre
annos a magiſtris maxime venerandis edoctus ſu
ſtimonium maturitatis nactus Gryphiam muſarum
petii et a Rectoro Magnifico Ill. Barkow in c
academicorum numerum receptus ſum. Scholae q
interfui hae ſunt:

Ill. Schoemann de Cicerone de legibus, d
ſchyli Perſis et de Juvenale disſerentem audivi.
tiſſimum Walch de hiſtoria litterarum Graecaru
de Taciti Agricola, — Ill. Hornſchuch de Hi
naturali, de Zoologia, de Botanice; Ill. Huene
de Chemia theoretico-practica et Mineralogia, —
Stiedenroth de Hiſtoria philoſophiae; Ill. Schu
de Anatomia corporis humani et Phyſiologia; —
Laurer de Oſteologia et Syndesmologia; Cel. K
de Celſum interpretantem audivi.

Tria per ſemeſtria ſpatia Gryphiae commo
hac alma relicta Vratislaviam me contuli et a Re
Magnifico Bernſtein civium academicorum nu
adſcriptus ſum. Hic quattuor per ſemeſtria ſpatia
rarum ſtudia operam navans hisce doctiſſimorum
rum scholis eruditus ſum:

Otto Artem cadavera rite disſecandi, Hiſto-
us mihi tradidit. Ill. Remer Pathologiam et
n ſpecialem me docuit. Eodem viro duce
orum lectos uſus ſum. Ill. Benedict de Chi-
ſerentem audivi; idem Vir doctiſſimus mo-
linici chirurgici mihi exſtitit. Cels. Remer
i de Luxationibus et Fracturis.

ım iterum Gryphiam me contuliſſem, horum
iorum et Doctiſſimorum Virorum ſcholis eru-

Schultze Artem cadavera rite disſecandi
t. Disſerentes audivi Ill. Huenefeld de
ia, Ill. Stiedenroth de Pſychologia et de
ll. Seifert de Medicina forenſi, Ill. Berndt
ogia er Therapia ſpeciali, de Infantum morbis,
bſtetricia. Idem Vir doctus quattuor per ſe-
xercitationibus clinicis me inſtituit. Exp. Dr.
jun. Morbos pectoris mihi tradidit et Exer-
is obſtetriciis in phantomate inſtitutis me eru-
epetitorio de Materia medica, Converſatorio
ogia ſpeciali ore latino ab Eodem inſtito cum
interfuiſſe gaudeo.

e omnibus Viris Doctiſſimis, Illuſtriſſimis,
et Experientiſſimis gratias ago quam ma-

taminibus vero et philoſophico et medico nec
ine rigoroſo rite ſuperatis oro atque flagito
honores utriusque medicinae et artis obſte-
ii tribuantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Pus e sanguini, non e carne fit.

II.

Theoriae generationis epigeneticae multo praestantiores, quam theoriae evolutionis.

III.

Nulla esse potest suppuratio sine inflamm

IV.

Syphilis non semper ex contagio, verum sponte exoriri potest.

V.

Vehementer falluntur, qui gonorrhoeam esse syphiliticam censent.